

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Septem psalmi poenitentiales

Hofmann, Caspar

Norimbergae, 1623

Viri clarissimi Dn . Christophori Girsneri [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-138667](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-138667)



εις γενεθλια

VIRI CLARISSIMI

Dn. CHRISTOPHORI GIRSNERI

REIP. NORIMB. à secretis secretioribus,

Domino & Amico meo eximio.



ITÆ DATORI, LUCIS AUCTORI

(DE O

TER-OPTUMO TER-MAXUMO

Hymnos canamus, concinamus

(gratias;

Pæana, quin epinicia

Dicamus, ô GIRSNERE, amicorum decus,

Phœbiq; lumen lucidum;

GIRSNERE, fax Parnassidum clarissima,

Themidosq; suave corculum;

Suadæ medulla: Septimum decies Tibi

Et alterum annum qui dedit,

Superare læto, tum valenti perbenè,

Quo temporis, frustrâ attamen,

Austerus olim celsa BERGÆ-NORICÆ

ALBERTUS ille Marchio

Cingebat armis mœnia atque milite;

Augusta WRATISLAVIA,

B 3

Ocel-

Ocellus Urbium, SILESIADŪM caput,
 Natale contigit solum,
 TIBI, quod bonis a vibus, benigno NUMINE
 Recolo lubens lætus volens;
 Aprilium luxit Kalendarum dies
 Quarta decima, ut verbo efferam,
 Hanc *nunc* beatam ortus Tui meritò colis
 Lucem; favente sidere.
 Nunc Cæcubum bibas; Falernū nunc vetus,
 Bibulo repostum consule,
 Promas, necesse: Veris hoc tempus nitet;
 Purpurea quo viola emicat.
 Verūm precamur, centies genethlia,
 Peragas, valens bellè & benè,
 Si Fata sirint, Fata dominantur fera,
 Mortalibus. Tunc carmina
 Vitæ Datori; Lucis auctori DEO
 Unà occinemus gratias.

*Boni omnis ergo gratulabundus
 admebam*

Georgius Remus.

AN. S. clō. Ib. CXXIII.

F I N I S.